TRACTATVS

LIBERORVM, PARENTVM, AC FRATRVM, SVCCINCTÈ ET CONCISÈ, INTEGRAM LEGITIMARUM MATERIAM CONTINENS:

Nunc primùm ab authore CLAVD. DE BATTANDIER, *V. I .D. & Ducatus Gebennensis fiscali ac patrimoniali auctus, & recognitus.*

Num. 48. Cax. 2 num. 72

20.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

103.

Es dela Libreria del Real Colegio dela Compª de Jhs de Salamanca.

ANNECII,

Ex officina Iacobi Bertrandi,

cIↄ. Iↄ. LXXVI.

Coll. Soc. IESV Salm. ex dono Regum.

AEQVISSIMO AC DIGNISSIMO IN SVMMA SABAVDIAE CVRIA præſidi primario, Ludouico Millieto, Claudius de Battandier, S. P. D.

* *
*

QVAE me ratio ſuperioribus annis, præſes æquiſſime, adduxerat, vt hoc meum legitimarum tractatum chariſſimæ patriæ meæ dedicarem, eadẽ me hoc tẽpore potiſſimum induxit, vt huius ſecundam editionẽ, optimis auſpiciis, ſub nomine tuo non ſim veritus in publicum emittere. Nam cùm eo tempore alterius quàm Illuſtriſſimi & Inuictiſſimi Ducis noſtri dominatu tota patria ditio teneretur, nec mihi ſatis eſſet perſpectum, cui tunc è togatis conſultis hic meus tenuiſſimus labor gratus venire poſſet, ſola mihi patria mea occurrit, quã certò ſcirem libenter quicquid eſſet vigiliarum quod ab alumno ſuo offerretur, accepturam: quæq; iure non modo has quaſi ſtudiorum meorum primitias, ſed & omnes meos in poſterum conatus & labores ſibi vendicaret: cùm huic nos totos dedere & in hac, noſtra omnia ponere ac tanquam con-

TRACTATVS LEGITIMAE.

SVMMA PRÆFATIONIS.

1. *Tunc de legitima viribus quæritur, quum de ſucceſsionibus agitur.*
2. *A finitione rerum fonte incipiendum.*
3. *Qui finiatur, deſcribatúrve teſtamentum.*
4. *Hic finitionis quorũdam verborũ nucleus aperitur.*
5. *Finitio mœnia finiti excedere non debet.*
6. *Vltimarum voluntatum quinque genera, quidam, alij, octo ſtatuunt.*
7. *Error lecturæ antiquæ §. vlt. de cod. cum ſua ſyncera lectione. & prin. Inſt. de action.*
8. *Duplex teſtamenti perfectio.*
9. *Teſtamentum vel iuramento vallatum, tantiſper dum diſponens è corporis vinculis euolarit, reuocari poteſt.*
10. *Iuramentum in teſtamento habet vim clauſulæ derogatoriæ.*
11. *Teſtamentum iuratum, in vim contractus, viuo teſtatore, vel poſt, valere nequit.*
12. *In teſtamento contrahere non licet, vt nec in aliqua vltima voluntate.*
13. *Sex teſtamenti partes enumerantur, & quo ordine ſint inſerendæ, quæq; omitti poſsint. Et teſtes an*